

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Disputatio Theologica Fridericana De Justificatione, Et  
Fide Justificante**

**Franck, Christoph**

**Kiloni[i], [MDCCIII?]**

**VD18 1050415X**

**Titelblatt**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16105**

DISPUTATIO THEOLOGICA  
FRIDERICIANA  
DE  
**JUSTIFICATIONE,**  
**ET FIDE JUSTIFI-**  
**CANTE,**

PRIMA,  
*MARTINO BECANO* OPPOSITA.  
QVAM,  
**DIVINA FAVENTE GRATIA,**  
*SUB PRÆSIDIO*  
**CHRISTOPH. FRANCKII,**  
S. THEOL. D. ET PROFESS. PRIMARII,  
SERENISSIMI DUCIS SLESVICI ET HOLSA-  
TIÆ, &c. IN ACAD. KILON. PROCANCELLARII, ET  
IN SUPREMO SENATU ECCLESIAST.  
CONSILIARII,


a. d. Octobr. A. MDCCIII.  
puplicē defendet  
**CHRISTIANUS Münden/**  
Femariensis.

---

K I L O N I ,  
Literis Bartholdi Reutheri, Acad. Typogr.


(32)





## Farbkarte #13

B.I.G.



# DE JUSTIFICATIONE.

## I.

**M**ateriam de Justificatione & fide justificante, Becanus lib. I. Manual. cap. XVI. tractat per septem quæstiones, quibus comprehenduntur potiora ex iis, quæ de natura Justificationis, tum ex sua, tum ex nostra, & Reformatorum sententia, in prooemio exposuit. Singulas illas quæstiones, DEO juvante, aliquot dissertationibus persequi, & primam quidem hac præsente Exercitatione excutere, consilium est.

### I. QUÆSTIO.

*An peccata vere tollantur in justificatione?*

II. *Adversarii*, scribit Becanus num. I, docent, non tolli, sed tantum tegi, & non imputari. Imo & tolli docemus, phrasi hac ita accepta, ut tolli peccata, in doctrina de Justificatione, nihil aliud sit, quam non imputari, & sic remitti peccata. Quomodo Justificatio describitur ab ipsa Scriptura: *Beati, quibus remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputarit Dominus peccatum*, Rom. IV. 7. 8. Atque hoc idem est, quod peccatum tolli, quoad reatum culpæ & pœnæ. At Pontificii statuunt, in justificatione peccatum in se consideratum, tolli physica expulsione, per infusionem justitiæ inhærentis; & in hac physica expulsione remissionem peccatorum ponit Becanus, num.

A 2

II. cum

